

## De precepto II

super deum vel equaliter deo diligit: quod hoc sibi per deo prestitit: quod diu sicut  
lud diligit. Sed dominus dicit non adorabis  
deos alienos. Circa quod queritur  
vtrum sine idolatria possumus imagines  
adorare: Rñdet breuiter. Quia ima-  
go potest considerari dupliciter. Uno mo-  
do putatur res quedam puta lignum scul-  
ptum vel pictum. et sic non adoramus  
imaginem quia hoc esset idolatria. Alio mo-  
do potest considerari ut est imago et signum  
alicuius rei. et quia idem est motus quo quis  
vertit in imaginem et in ipsam rem cuius  
est signum. ideo etiam eadem adoratione  
qua veneramur ipsam imaginem et ipsam  
rem cuius est imago. Item queritur vtrum  
cruce christi in qua pendit debeat ado-  
rari adoratione latrice: Rñdet quod cruce  
illa in qua fuit christus passus potest  
dupliciter considerari. Uno modo in  
quod est imago christi extensi in ea. et sic  
adoratur eadem adoratione latrice sicut christus  
et sic eam alloquimur sicut christus  
dicentes: O cruce anime spes vnica. Alio  
modo in quod est res quedam sic etiam non potest  
eadem adoratione adorari cum ipso christo.  
quia ut sic non pertinet ad personam verbi  
ut pars eius. ergo non potest eadem adoratione  
adorari cum ipso. Sed alie cruce  
quia non fuit in eis christus. adorantur ut  
imago christi ideo adorantur adoratione  
latrice. Vtrum beata virgo sit adoranda  
ad adorationem latrice: Rñdeo quod non: cum  
tamen beata virgo sit per se quedam creatura  
excellens ei debet honor per se. Vnde alia  
ad adorationem adoratur quasi filius eius. sed non  
latrice que soli deo debet. sed adoratione  
impudulice quia ultra alios sanctos de-  
bet adorari. Ergo inuocamus eam dignis-  
simam et sanctissimam dei genitricem: virgi-  
nem virginum. dominam angelorum. et sic de  
alijs. Vtrum sancto et reliquis sint ado-  
rande: Dicendum quod sanctos dei in ve-

neratione debemus habere tanquam membra  
christi. tanquam dei filios et amicos et inter-  
cessores nostros. et iam eorum reliquias  
qualescunque honore congruo in eorum memo-  
riam honorare debemus. Et precipue eorum  
corpora que fuerunt templum spiritus sancti  
et organa per que spiritus sanctus operatus est.  
et sunt corpora nostro conformanda in gloria  
resurrectionis. Vnde et ipse deus homo reli-  
quias prouenienter honorat in eorum presen-  
tia miracula faciendo. Vnde sciendum quod de-  
us solus adorandus est tanquam largitor omnium  
bonorum. vnde dicimus in oratione: mise-  
rere mei deus homo magnam misericordiam  
tuam. Sed sancti adorandi et inuocandi sunt  
tanquam mediatores et intercessores nostri ut  
nobis impetrent a deo quod petimus. Ergo  
dicimus in oratione. Sancta Maria ora  
pro nobis. sancte petre ora pro nobis. et sic de  
alijs. De secundo precepto.

**N**on assumes  
nomen dei tui inuana. Exo. xx  
vbi homo Augustinus prohibet iuramentum frivolum  
et etiam periurium. vterque enim et qui pro  
nihil iurat: et qui false iurat nomen  
dei assumit inuana. Sciendum quod  
quilibet debet sibi cauere ne assuescat iu-  
rare. Primo ideo quia qui frequenter iu-  
rat repletur omni iniquitate. Vnde Ecclesiasticus  
xxiiij. vir multum iurans replebitur iniqui-  
tate et non recedet a domo eius plaga.  
Ergo illi qui solent frequenter iurare  
pessimi homines efficiuntur: et replebunt non  
solum cum vna iniquitate: sed cum omni  
iniquitate. Secundo quia ille qui licitum  
iuramentum facit ipse quasi laqueum  
ad collum suum ponit. Iuxta illud Proverbia  
vj. Illaqueatus es verbis oris tui: et  
captus proprijs sermonibus. Quando  
vero licitum iuramentum transgreditur ipse  
laqueo illo quasi proprijs manibus se strangu-  
lat. Ergo quot iuramenta etiam licita

## De precepto II

q̄s facit: tot laqueos spiritualiter ad collū sibi ponit: et q̄cito vnum de his transgressus fuerit: tā cito seipsū spiritualiter occidit. Tertio ille q̄ periurat fur et sacrilegus esse videt̄. Cōtrectat enī rem alienam inuito dño: et cuz hoc rem sacrā: q̄ nomen dñi inuanū assumit cōtra phibitionē illā sibi accubitet homini factaz in sc̄do p̄cepto vbi dicit̄. **Nō** assumes nomē dñi dei tui inuanū. Ergo cōtra illud p̄ceptū sūt rebelles deo et inobediētes q̄ sic iurāt. Quarto q̄ talis videt̄ esse falsarius: hoc enī p̄t̄ ex eo q̄ si q̄s sigillo alienius dñi sibi cōmisso ad cōfirmandam aliquā veritatē: vteret̄ ad aliud cōfirmandū ipse falsarius iudicaret̄. sic cū deus p̄miserit hoībus vt assumāt nomen suū ad cōfirmationes veritatis si vtant̄ ad cōfirmationes falsitatis ipsi falsarij sunt: et quo ad deū excōmunicati excōmunicatiōe illa q̄ habet̄ p̄ma ad Cor. xvj. **Si** q̄s nō amat dñs iesū christus anathema sit. Quinto q̄ iste q̄ sciēter piurat ipse p̄ter morē aliorū peccantiū vult deū inuoluere in peccato suo. Cum enim iurare s̄m Aug. sit deū in testem adducere ad testificandū sibi: et s̄m hoc talis inq̄stus in se e vult mains malū facere q̄ crucifixores ei? Ipsi enī intulerūt christo tm̄ malum p̄neg: ipse vult enī inuoluere in malum culpe qd̄ deteri⁹ est. Sexto q̄ deterior videt̄ esse talis q̄s qui sunt i inferno. s̄ p̄t̄ q̄ cū i noīe iesu omne genu flectatur celestīū terrestriū et infernoū: vt legitur ad **Phil. ij.** ille vero q̄ piurat deterior videt̄ esse illis q̄ sunt i inferno. q̄ nomē dei nō veret̄: s̄ sciēter et p̄tinaciter p̄ ipsi⁹ sanctus nomē iurat. Imo aliquāliter videtur esse deterior ipsis demonib⁹: q̄ demones terrent̄ a nomine iesu. Septimo q̄ sacra scriptu-

ra notāter dissuadet iuramētū p̄pter magnū piculū piurij. **Uñ** Matth. v. Ego autē dico vob nō iurare neq̄ p̄ celū neq̄ p̄ terrā. **Uñ** Eccl. xxiij. Jurationi nō assuescat os tuum. Multi enī sunt casus i illa. **Uñ** Aug. in li. de mēdacio. Dico vobis nō iurare oīno ne sc̄z iurando ad facilitatez pueniat̄ ad cōsuetudinē ex cōsuetudine ex facilitate in piurium decidat̄. Quia s̄m **Chryso.** sup Matth. nemo est qui frequenter iurat: q̄n aliqui piuret. **Argo** dñs phibet nob̄ signanter in sc̄do p̄cepto dicēs. nō assumes rē. **Sci.** **B**endū q̄ cōtra hoc p̄ceptū faciūt xv. genera hoīaz. **¶** Primi noīantes deus vane et sine causa et timore et ex consuetudine q̄uis hoc idem sit verū et licitū qd̄ iurant: tū peccant q̄ sic nomen dei sine causa et ratione noīant. vt dicendo p̄ deū cras ibo ad ecclīaz vel ad sermonem. vel p̄ deū cras comedā vel ieiunabo vel equitabo. vel hoc vel illud faciā. et sic d̄ alijs iuramētis. vt cōmuniter sic in quotidianis iuramentis ex q̄dam leuitate vel cursu verborū vel cōsuetudine factis peccat̄ venialiter: cuz talia iuramenta q̄ sic ex leuitate fiant nō sint semp̄ peccata mortalia. **¶** Quia sicut dicit **Raymūdus.** Si iurat in cōmuni locutiōe et aliq̄d̄ licitū: sicut fit in iuramentis quotidianis q̄ fiūt sine solēnitate ex cursu verborum ex q̄daz leuitate et mala cōsuetudine de retamen licita: vt per deum cras ibo ad ecclīam vel comedam hoc veniale est. **¶** Recordat̄ **Innocēti⁹** et etiam **Bern.** in glo. super capitulo **Sicut** n̄ris. **¶** Tñ sciendū q̄ non ē cautū sic iurare q̄uis verum sit et ex leuitate et cōsuetudine fiat: quia s̄m **Chryso.** sup Matth. nemo est qui frequenter iurat q̄n aliquādo piuret. **¶** **Sci.** qui sciēter falsum

iurant sine ioco sine serio mortale est.  
qz fm beatū Tho. scda scde. q. xviij.  
nō excusat a mortali peccato q ioco se  
piurat. qz nō euitat diuinā irreueren  
tiā. imo q̄tum ad ali qd magis auget.  
**I**tem fm eundem beatū Tho. vt su  
pra vbi dicit q ille q ex lapsu lingue  
iurat: si quides auertat se iurare 7 fal  
sum esse qd iurat non excusat a pecca  
to mortali: sicut neqz a dei cōtemptu.  
**S**i aut hoc nō aduertat: tūc nō videt  
habere intentionē iurandi 7 ideo a cri  
mine piurij excusat. Ita etiā patentī  
sūma pisani. periuriū. Quarto ex isto  
possumus elicere q isti incaute faciunt  
q in ioco sciēter falsum iurant trufan  
do vel deridendo alios. Itē non est bo  
num aliquibz mulieribz q pueris suis  
iurant verbis qd tñ factis nō intēdūt  
vt dicēdo p deum vel per aīaz meaz si  
nō tacebis ad plateā te p̄iciā. 7 sic de  
alijs. **T**ertij sunt q sciēter dolose 7  
fraudulēter iurant vt in contractibus  
primū suū decipiēdo vt iurando rem  
suam meliorē esse q̄ sit. vel etiaz q pl<sup>9</sup>  
sibi cōstitit q̄ fecerit. vel etiā q plus  
sibi in illa ciuitate soluisset. Item qui  
in superiori pte ponunt qd bonū est: et ī  
medio miscēt illud quod defectuosus  
ē: 7 sic iurant q totum sic vt superi<sup>9</sup>  
apparet. Et sic primū suū decipiūt. Et  
oēs isti tenent recōpensare damnum  
pximi 7 dupliciter peccāt contra deū  
7 pximū. **A**n Isidor<sup>9</sup> de sūmo bono  
Qui dolose iurat dupliciter reus sit.  
qz nomen dei inuanū sumit 7 pximū  
dolo capit. **A**n etiā Aug<sup>9</sup> de verbis  
apli. sermō e. xxiij. **A**n mali habet fal  
sa iuratio. q etiā qui lapides colunt ī  
meant falsa iurare p lapides. tu vero  
nō times deum p̄sentem 7 deum viuē  
tem. Item etiā qnqz in paruis aliq  
deceptorie iurant. verbi gratia vt qui

habent vendere coclearia ī ciuitatib<sup>9</sup>  
vel etiaz rustici vitulos. vel oues ī vil  
lis q qnqz multa iuramenta faciūt cū  
quib<sup>9</sup> pximos suos decipiūt. Et qnqz  
per talia iuramēta modicum lucratur  
**C**um tamen quilibet christianus pro  
vno toto regno vl. p toto mūdo semel  
piurare non deberet. Item aliq dicūt  
q nō possunt vendere vel emere nisi iu  
rent: 7 allegant q si semper veritatem  
deberent loqui 7 non iurare oporteret  
eos medicare: quod tamē nō est verū.  
quod ptz in ps dicēte. Nunq̄ vidi iu  
stum derelictum: nec semen eius q̄res  
panem. Ergo qui iustus esset: 7 deum  
veraciter p̄ oculis haberet: ipse eū nūqz  
desereret. **Q**uarti sunt q iurant per  
orationē dubiam sine indiscretam. vt  
cum quis iurat de quo dubitat. 7 si ex  
pposito et deliberato aīo sic iurat mor  
tale ē. quia discrimini se exponit talis  
siciurans. Etiam si postmodū cogno  
uerit q verū fuit quod sic sub dubio  
ptūc iurauit tñ graniter peccat. Ergo  
si vnquā sic sub dubio iurasti. vel ali  
qd sub fide tua asseruisti vel affirma  
sti. de quo tamen certā certitudinem  
nō habuisti cōfiteri 7 pgnitere debes.  
**Q**uinti sunt qui iurant execrabili  
ter: vt illi qui iurant per intestina dei.  
vel p pulmonem dei. vel p caput. vel  
per alia membra dei. Et talis sic iurās  
si clericus est debet deponi. si laicus fue  
rit anathematizari. xxiij. q. i. Si quis p  
capillum. Item irreuerenter iurando  
vt cum quis iurat sine causa p quinqz  
vulnera christi. vel per mortē. vel per  
sanguinem christi. hec enī iuramenta  
quātūcunqz sint vera. tamē sunt vitā  
da 7 phibenda. qz sonant in blasphe  
miā 7 irreuerentiā dei. Magna enim  
est dei irreuerentiā. p̄ciosa sua vulnera  
inuanum assumere. vnde nobis tota

## De precepto II

salus effluxit. Ideo si talia iuramēta ex deliberatione fiāt sunt mortalia peccata: ppter quod etiam in aliquibus terris talia iuramēta sic sunt restricta: q̄ quicūq; in talibus offendit: aurem vel linguā vel digitum perdit. Si autem talia iuramēta fiāt ex cursu lingue vel in deliberate tunc s̄m Henricū de firmaria sunt peccata venialia sic primi motus infidelitatis. Sed s̄m beatū Tho. secūda sc̄de q̄ xij. notandū. **Q**ui blasphemia absq; deliberatiōe ex surprēptiōe pōt cōtingere dupliciter. Uno modo q̄ vnus nō aduertit hoc quod dicit esse blasphemiaz vt cum aliquis subito ex aliqua passiōe in verba imaginaria prumpit: quoz significatiōnem nō cōsiderat vel aduertit s̄ esse blasphemiaz: considerans significata verborū. Et tunc non excusatur a mortali peccato: sicut nec ille qui ex subito motu ire aliquem occidit. Ex illo possum⁹ elicere q̄ periculose iurant isti et blasphemant qui ex consuetudine mala sic iurant non habentes intentionē se emendandi vel dimittēdi. Et quādoq; tales a deo puniuntur in eisdem membris ī quibus deum blasphemauerunt et creatorem suum et redēptorē. Et tales blasphematores peiores sunt iudeis: quia christū aliquāliter ignorāter vulnerauerūt et crucifixerūt. **U**n̄ Apo. Si cognouissent nunq; dominū glorię crucifixissent: s; illa ignorantia eos non excusauit: qz noluerūt cognoscere ipsum esse filiū dei. Sed tales blasphemātes sciūt et credūt hunc esse creatorem suum p̄ cuius mēbra et vulnera sic execrabiliē iurant: ergo ipse christus nō potest p̄ eis rogare patres sicut p̄ crucifixorib; suis fecit pendēs in cruce dicēs: Pater ignosce illis qz nesciūt qd faciūt. Sed illi blasphema

tores sciūt et cognoscūt q̄ cōtra deum faciūt: quia eius filiū inq̄ritum in eis ē iterum crucifigūt. **U**n̄ apls ad Heb. vj. Rursum crucifigētes filiū dei. Itē peiores sunt canibus: quia canis non mordet dominū suū sed applaudit ei sed blasphemus eodem ore quo vinū bibit et donum dei recipit deū blasphemat. **U**n̄ ps̄. Retribuebant mihi mala p̄ bonis. Et alibi scriptum est Eccl̄i xxix. Pascet et potabit ingratos: et adhuc amara audiet. Mirum est q̄ deus vnq; p̄mittit vinum in abūdantia crescere cum tot blasphemie sibi inferuntur a potatoribus ipsius vini. Itē tales peiores sunt omni creatura: qz oīs creatura laudat suum creatorem: imo omnis creatura incitat ad laudandū deum in continuo cursu suo. Arbores et herbę se erigendo et crescendo sup se erga creatorem suum. Aues in cantando: sol in lucēdo: et sic de alijs. S; blasphemans in illo membro deum in honozat in quo eum deus p̄ ceteris creaturis honorauit: scilicet ī lingua. **U**n̄ Aristoteles in lib. politico. Nullum enī animalū naturaliter habet sermonem nisi homo. Et hanc linguā homo accepit vt deum laudaret p̄ ceteris creaturis irrationalib;. Itē blasphemia ē peccatū diabolicū: quia est loquela infernalis. **U**nde apoc. Blasphemaauerunt deū celi p̄ doloribus. Ergo tales hic addiscunt deum blasphemare qd est opus dānatorū vt in futuro eo melius sciant. Itē blasphemus habet linguam diabolicam: quia diabolus loquitur per blasphemos: sicut sp̄s sanctus per bonos. **U**n̄ Mat. x. Non enī vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri q̄ loquit in vob. **¶** Sciendum q̄ aliqui dicūt si nō iurarēt tūc nullus metimeret nec aliq; reputaret

me aliquid esse. vt ergo timeant rima-  
gis reputet iurat vt deū blasphemāt  
**O**miser homo ibi q̄ris honorem vbi  
inuenies eternam cōsusionem. **I**tem  
aliqui lz non p̄tinaciter blasphemant  
tamē sanguinē z mortē christi frequē-  
ter z sine causa nomināt. vt dicēdo in  
vulgari. heilige blūt es gat dem also  
vtel. vel sic. heilige marter wie ist es  
dir beschehen. z sic de alijs. **I**te aliq̄  
iurant z non nomināt creatorē s̄ crea-  
turas. vt dicēdo. **G**ocks blūt. **C**ontra  
quos dicit Aug⁹ de verbis apli hmo-  
ne. xxiij. **E**cce dico charitati vestre q̄  
falle iurat p̄ lapides piurus est: q̄uis  
nō audiat tamē eius creatorē in testē  
accipit. **I**tes **J**ac. v. **N**olite iurare ne-  
q̄ per celum neq̄ p̄ terram. **I**te cōtra  
eosdem dicit christ⁹ in euāgelio. **E**go  
autē dico vobis nolite iurare: sed sit  
sermo vester est est: nō nō. **E**t p̄ h̄ patz  
scz ex verbis christi q̄s rep̄sibiles sūt  
isti q̄ totiens iurant: q̄uis p̄tinaciter  
non blasphemēt scz nominādo vulne-  
ra vel mortem christi. **S**ed q̄ sic iurāt  
scz p̄ deum viuū. vel per deū sanctum  
vel p̄ omnes sanctos sine omni causa  
z necessitate ex mala consuetudine: ta-  
les merito cogitare deberēt dictū chri-  
sti qui dicit **M**att. xij. **D**e omni ver-  
bo ocioso q̄ lo. sue. lo. red. zc. **M**ulto  
strictius exiget a nobis ratio de talibz  
iuramētis. **S**i autē p̄ponis te emenda-  
re amodo: z verba tua simpliciter fm  
dictuz euāgelij explanare scz dicendo  
est est: nō nō. **E**t si postmoduz ex lapsu  
linguę iuras tunc imēdiate cōteri de-  
bes de hoc. z dic vniū aue maria beate  
virgini tūc ipsa impetrabit tibi grām  
a filio suo vt ampli⁹ eo meli⁹ tibi caue-  
as ne recidues. **I**te quātitas hui⁹  
peccati patet ex p̄na qua legit̄ puni-  
tum esse hoc peccatuz tam in nouo q̄ i

ve. testa. **U**n legitur **L**ent. xxiij. **E**c-  
ce ingressus filius mulieris israelitidis  
quem peperit de viro egyptio iurgat⁹  
est cum viro israelita. **C**unq̄ blasphe-  
masset z maledixisset nomē dei: addu-  
ctus est ad **M**oylen et **A**aron q̄ duxer-  
unt eum ad carcerem donec noscerēt  
quid inberet dñs de eo fieri: qui locu-  
tus est ad **M**oylen dicens: **E**duc blas-  
phemū extra castra: z ponant illi q̄ au-  
dierunt manus sup̄ caput eius: z lapi-  
det euz populus vniuersus: quod z fa-  
ctum est. **D**einde p̄mulganit de⁹ legē  
de p̄na blasphemoz dicens: loquere  
ad filios israel. **H**omo q̄ blasphema-  
uerit nomen dñi morte moriatur: lapi-  
dibus opprimet eum omnis multitu-  
do populi. **S**i iam oēs blasphemato-  
res lapidari deberent q̄s plures iam in  
mūdo essent. **I**tes puniuntur etiā a deo  
quandoq̄ in p̄senti vita: z hoc subita-  
nea morte. **U**nde refert **B**reg⁹ in dia-  
logo q̄ q̄dam ciuis **R**ome tenere dile-  
xit quēdam puerū quinquē annoz: q̄  
cōsuetus erat blasphemare nomē dñi  
statim quādo animo eius aliquid ob-  
stitisset. **Q**uadā autem die cum pater  
eius teneret euz in brachijs: clamauit  
puer: mali z nigri homines veniunt qui  
me tollere volunt. **Q**ui cum hoc dixis-  
set. nomē domini blasphemauit z ani-  
mā reddidit. **S**i deus in puero quinq̄  
quinq̄ annoz vindicauit peccatum  
istud: nūquid parceret adultis: **S**e-  
xti sunt qui plena volūtate disponūt  
solenniter et manifeste piurare: z añq̄  
periurant videntur periuri censendi:  
quia deus non iudicat ex operibus s̄  
cogitationibz. vt patz. xxi. q. ij. **E**rgo  
si vnq̄ ad iudicium accessisti in illa i-  
tentione q̄ piurare voluisti p̄nitere z  
confiteri debes. quia coram deo periur-  
us es. **E**xemplum de duobus ciuibz

## De precepto II

quorū vnus cōcessit alteri summā pecunīe. Sed postq̄ terminus solutiōis aduenit tunc ille simpliciter negauit pecuniā. Qui p̄duct⁹ ad iudiciū iterū p̄stāter negauit: et ei p̄ pecunia iurare voluit. Quis fleteret genua ad iurādū obmutuit: et nihil loq̄ potuit: s̄ erectus econuerso loq̄lā reacceptit. Qui iterū sc̄da vice genua flexit et piurare voluit: tūc iterū obmutuit. Et sic manifeste oib⁹ innotuit q̄ piurare voluit.

**S**eptimi cum quis iurat se aliqd̄ facturum qd̄ ē illicitum sicut verberare p̄ximū vel vindicare se de isto quo cunq̄ modo pōt: vel etiam si bonū qd̄ faciendū esset p̄ deo et p̄pria salute vellet facere: vt elemosynam dare: vel aliquem hospitare et sic de alijs. Si ex certa malicia sic iurat periurat: et peccat sic iurando mortaliter: sed non peccat cōtra veniendo. Unde Iud. de summo bono. In malis p̄missis rescinde fidē et in turpi voto muta decretus. Si autem ex abrupto sic iurauerit: venialit̄ peccat: et in vtroq̄ casu frangendū est iuramentū tale: quia non peccat frangendo s̄ peccauit iurando: et confiteri tenetur maxime cum sciēter et ex p̄posito sic iurauit: s̄ non debet soluere. **U**n̄ Iud. de summo bono. Non ē obseruandum iuramentum quo malum incaute p̄mittitur: vt fornicari vel occidere et c̄. Tolerabilis est non implere iuramentum tale: q̄ in flagitio stabiliter p̄manere. **O**ctavi sunt q̄ iurant et infringunt postea. **A**trum autem ille qui creditori iurasset soluere ad certum terminum: et hoc ei infringeret sit censendus periurus: Respōdeo fm̄ Hosti. Si quādo iurabat credebatur se nō posse soluere: tūc periurabat. Si vero ab initio se credebatur p̄babiliter posse soluere nō piurabat: et si postea fecit pos-

se suum non est piurus. Sed si postea lapsa termino posset et non psolueret piurus esset: extra de dolo et cōtu. **C**ordatus Ibo. sc̄da sc̄de. q. lxxxix. Quis grauius et multotiens illi mēdaces delinquit qui p̄ximis suis super certis terminis p̄mittunt quod tamen nō intendunt: vel si intendunt: tamē postea posse suum non faciunt: et sic p̄missum infringunt et solutionem de die in diē contra volūtatem creditoris p̄ducunt. Sed tamē sciēduz q̄ si aliquis paup̄ alicui creditori p̄mitteret se soluturū super certum terminū: et posse suum faceret: et si impedimētū interueniret q̄ soluere super terminū non posset: tunc tali paup̄ri plangatio p̄pter deū cōcedenda est. Et creditor cum tali charitate et cōpassiōe posset sibi terminuz plangare q̄ deus in extremis tempus vite sue sibi plangaret: et sic possit p̄nitere gl̄iam dei p̄mereri. Ergo multum reprehensibiles sūt isti qui suos debitores angustant termino adueniente: et cum sine damno ipsorū solutionē plangare possent: et ab eis extorquet cum tamē alias libenter eis soluerent si possent. Et talibus immisericoz: dib⁹ remetiatur eadem mēsurā. **U**n̄ Dieg⁹ Dei misericordiam non potest promereri qui misericors proximo nō fuerit. **B**eda super epla Jacobi. Sine misericordia indicabitur ille: qui cum face- re posset non fecit misericordiam. Et q̄ maiorem quis misericordiā a domino consecutus ē: eo iniustus indiget p̄ximo misericordiaz denegat. **N**oni qui compulsus per metum iurauit se aliquod daturuz et huiusmodi nō soluit: quia talis fm̄ Ibo. sc̄da sc̄de q. xcviij. Nō excusatur a peccato mortali nō implens quod coacte iurauit. Et Raymundus dicit q̄ talis quārus

cunq̄ fuerit met<sup>9</sup> nihilomin<sup>9</sup> obligat<sup>9</sup>  
dūmodo sit de re licita: secus est de re  
illicita. sed talis soluens quod coacte  
promisit potest illud repetere. et alijs  
corā deo semp tenetur restituere q̄cqd  
extorsit contra deū: si saltem indul-  
gentiam peccatorum consequi volue-  
rit. Item quid si aliquis ex impetu iu-  
rasset illud qd̄ deliberate non iurasset:  
Respondeo s̄m **Buil.** seruare tenet<sup>9</sup> si  
est licitus. **Decimi** q̄ maledicta ver-  
ba pferunt: sicut lusoꝛes faciūt male-  
dicēdo deo cum non p̄sperantur i lu-  
do taxilloꝝ: qui culpam diaboli cā re-  
torquent in diuinā innocentiam. Et  
ideo deo maledicunt et sanctis quod  
etiam horribile est audire. Horū enī  
cōnitiōnū particeps sunt qui talibus  
cōnitiātibz hospitia cōcedunt: vel  
qui vestimenta ipsoꝝ delusa diuidūt  
vel qui cum ipsis familiariter bibunt  
vel ab eis sorte luminis recipiūt. **Dēs**  
enim tales sic maledicētes deo vel ma-  
tri eius vel sanctis nō possunt absolui  
nisi ab ep̄o vel ab eius p̄nitentiario.  
Et maxima debet eis imponi p̄nitētia  
put dicit<sup>9</sup> extra de maledic̄. statuimus  
vbi plura inuenies de hoc in textu et i  
glosa. **Exemplū** legitur i mariali ma-  
gno. **Q** puer qd̄a edoc̄<sup>9</sup> a matre sua  
beatā virginē semper deuote salutare  
et salutauit p̄cipue in necessitatibus.  
quod faciendo raptus a flumine cum  
ceteris pueris ludentib<sup>9</sup> et maledicen-  
tibus. tandem submersis omnib<sup>9</sup> alijs  
pueris p̄pter maledictiones suas ipsū  
solum beatā virgō ei apparendo mox  
saluauit: in sinu suo eum suscipiēdo et  
confortando. **Item** aliqui etiam ma-  
ledicunt creaturis irrationalibus cum  
ab alijs offenduntur. Et in hoc osten-  
dit magna stulticia hominū qui bru-  
tis animalibus maledicunt cū tam en

non itelligāt. **Item** sanctus **Thomas**  
secūda sc̄de. q. lxxvj. dic̄. **Q** maledice-  
re irrationalibus rebus inq̄stus sunt  
creature dei est peccatum blasphemie  
sed maledicere eis s̄m se consideratis  
hoc est ociosum et vanum et per conse-  
quens illicitum. **Item** aliqui maledi-  
cunt p̄ximis suis. et vt frequēter talis  
maledictio quam quis facit seu dicit  
p̄ximo super caput ipsius maledicēt<sup>9</sup>  
reuertitur. **Un̄ Gen̄. xxvij.** dicit ysaac  
ad iacob filium suum. **Q**ui maledixe-  
rit tibi sit ille maledictus. sic de<sup>9</sup> iam  
loquitur d̄ quolibet bono homine cui  
iniuste maledicit. **Q**uia quicqd̄ ma-  
ledicendo p̄ximo tuo optaueris de s̄  
tu reueris s̄m dei iusticiam. **Et** deus  
iusto homini conuertit maledictionē  
in benedictionem. **Unde ps̄.** **M**aledi-  
cent illi et tu benedices. **Matth. v.** **B**e-  
ati estis cū maledixerint vobis homi-  
nes. **Unde Aug<sup>9</sup>.** **Q**ui iustus ē et ma-  
ledicatur p̄m̄ium ei pro maledictione  
redditur. **Item** maledicere a deo est il-  
licitum q̄ etiam non est licitum male-  
dicere diabolo. **Unde Ec̄c̄i. xxi.** **C**um  
maledicit impius diabolū: maledi-  
cit ipse animam suam. **C**um enim dia-  
bolus sit creatura dei: et s̄m suum eē bo-  
nus: et in voluntate sit malus peccatū  
est ei malum optare. **Unde** legitur cū  
**Michael** archangelus cum diabolo  
disputās altercaretur de corpore **Moy-**  
**si:** non est ausus vitii inferre blasphe-  
mie. **Sed** dixit imperet tibi dominus  
q̄ si **Michael** archangel<sup>9</sup> diabolo ad-  
uersanti blasphemiam dicere noluit:  
s̄ modesto s̄mone eū coercuit: quāto  
maḡ hominibus omnis blasphemia  
est cauenda. **Item** aliqui maledicunt  
vxoꝛibus suis. **Unde** refert **Lesarius**  
in dialogo **Q** quidaz dixit vxoꝛi sue  
vade in nomine diaboli: et diabolus

## De precepto II

statim in eam intravit. et eaz grauer  
veraxit: de quo vir multum contrista-  
tus fuit: et amplius se nunq̄ vxori nec  
aliqui homini: vel alicui creature male  
dicere promisit. Item aliqui maledi-  
cunt. pprijs filijs quos genuerūt. **Uñ**  
idez **Lesarius** in dialogo suo narrat  
de quibusdam parentibus qui habu-  
erunt puerum sepius flentē: cui ex ira  
vna vice maledicentes dixerunt. tace-  
as q̄ diabolus te habeat. Et diabolus  
mox arripiens puerum cum corpore et  
anima ab oculis eoꝝ abstulit. Et ali-  
qui sibijpsis maledicūt ppter infirmi-  
tatem corporis. vel propter amissionē  
rerum temporalium. vel etiaz propter  
aliam quācūq̄ tribulationes et angu-  
stiam. **Exempluz** de clerico quattuor  
annis infirmato. **Qui** dixit. **Deus** tu  
accepisti mihi corpus: et ego accipio ti-  
bi animam et dabo diabolo. **Et** dixit:  
diabole accipias mihi animaz quod  
diuino iudicio statim factum est. **Itē**  
aliqui maledicunt diuine voluntati.  
vt faciunt isti qui maledicūt aurē plu-  
uiali. **Exemplum** legit in dialogo **Le-**  
**sarij**: q̄ miles quidam tempore messis  
sicut et ceteri p̄uicānij sui cū per aeris  
intemperie ad colligendas fruges im-  
pediretur: videns a parte occidentali  
aerē obscurari nubelq̄ oriri dixit: **Ec-**  
**ce** ibi iterūz diabolus ascendit vix ser-  
monem finierat. et ecce orta tonitrua  
filium eius in sinu nutricis percusserunt  
ipsa incolumi p̄manente sed et in alijs  
eius rebus scilicet segetibus iunētis  
blasphemus ille est flagellatus: vt di-  
sceret de cetero nō blasphemare. **Uñ**  
de stultuz est valde vt homo mortalis  
cinis et vermis ponat in celuz os suū  
murmurando contra creatorem suuz  
rep̄hēdendo enim in factis suis. **Quē-**  
**ritur** vtrum maledictio sit peccatum

mortale: **Respondeo** fm beatū **Tho-**  
secūda secūde. q. lxxvj. **Maledictio** d̄  
qua nunc loquimur est per quā nunci-  
atur malum cōtra aliquem vel impre-  
cando vel optando. **Quod** quidem  
fm se repugnat charitati p̄xi. ergo  
est peccatū mortale. **Uñ** de. j. **Cor.** vj.  
**Neq̄** maledici regnū dei possidebūt.  
et tanto grauius quāto personam cui  
maledicimus magis amare et reuereri  
debem⁹. **Uñ** **Leuit.** xx. **Qui** maledixe-  
rit p̄ri vel matri. morte moriat. **Cōtin-**  
**git** tamen esse veniale vel ppter parui-  
tatem mali quod quis alteri impreca-  
tur: vel ppter affectum eius qui p̄fert:  
dū ex leui motu vel ex ludo vel ex sur-  
reptione aliqua talia verba profert. qz  
peccata verborū maxime ex affectu p̄-  
santur. **Quēritur** quē sit p̄na p̄feren-  
tis maledictionem contra deum: **Re-**  
**spondeo.** **Si** quis contra deum vel ali-  
quem sanctum maxime contra beataz  
virginem talia p̄sumpserit debet se-  
ptem diebus dominicē p̄e foribus ec-  
clesie in manifesto esse dum missa dici-  
tur: ita q̄ vltima die nec pallium nec  
calciamenta sed corrigiam circa collū  
habeat. et q̄ septem p̄cedentibus se-  
xtis ferijs ieiunet in pane et aqua nec  
ingrediatur ecclesiam. et in quolibet  
dierum tres reficiat paupe-  
res. et si non potest tres saltē duos vel  
vnum. **Et** si hoc non potest illud in p̄-  
nam aliaz cōmutetur. et si p̄dicta re-  
nuerit debet ei interdici ingressus eccle-  
sie et in obitu debet ca. ere ecclesiastica  
sepultura. **Sed** hec omnia fm **Boff-**  
**pro** tribunali sunt. **Ceterum** in iudi-  
cio anime discretus sacerdos molliat  
hunc rigorem. **Uñ** decimi sunt qui **S**  
inrant per deum et sanctos: cum hoc  
obligant se ad aliquam p̄nam vt di-  
cendo per deuz si hoc non fecero vel si



hoc non est sic sicut dico tunc hoc acci-  
dat mihi vel filiis meis. **¶** Vel sic dicen-  
do. Nunquid per diem unam vivas. vel  
adhuc hodie moriar. vel sic nunquid ab  
oculis tuis vivens discedam si meti-  
ar. **¶** Vel deus nunquid miseretur anime  
meae si non fecero quod dico. et sic de  
alijs. Et tunc secundum Augustinum illa per quam sciun-  
tur obligat deo ut sibi vel illis even-  
iat si secus est quod dicit. et satis horribi-  
le est se vel suos mendaciter sic obliga-  
re. nec etiam homo faciliter se debet ob-  
ligare etiam in causa vera: quia stultum  
est se sic obligare maxime si nulla cau-  
sa subsit nec vixens necessitas. Exem-  
plum legitur quod quidam usurarius in  
morte compunctus rogavit duos ami-  
cos suos. ut pecuniam usuraria quam  
eis tradidit: restituerent. Et primus se  
obligavit hoc facturum sub impre-  
catione ignis sacri. secundus obliga-  
vit se sub imprecatione leprose. Qui post  
obitum istius usurarii negligentes in  
negotio fuerunt: volentes primitus  
ista pecunia aliqua lucrari: et postmo-  
dum eam restituere. Et mox illis infir-  
mitatibus ambo consumpti sunt. put-  
se ipsos obligaverunt. **¶** Duodecimum  
cum quis iurat quod nolit ludere etiam per  
poculento vel esculento. Et sic secundum Hiero-  
nicum de firmaria semper peccat mortali-  
ter quotiescunque ludit. Item qui iura-  
vit non fornicare vel non tabernaculum in-  
trare. et sic de alijs quae homo licite po-  
test iurare: et talia tenetur servare: et qui  
tenescunque oppositum scienter fecerit.  
**¶** mortaliiter peccat. **¶** Tredecimum quod cum  
solennitate periurium solennitatum com-  
mittunt. et est hoc mortalissimum peccatum  
unde per tres digitos quos ponit quis super  
sanctos. significat quod corpus et anima et res  
sive fama datur in potestate diaboli. imo secundum  
Quil. Ingridunensem in summa vitioz quod

scienter piurat in primo periurio manu  
diabolo datur. cum quod tangit evangelium vel  
reliquas sanctorum: et donec ille peniteat.  
per periurio manu illa diaboli est. Et quoniam cum  
per manu illa se signat ipse se signat ma-  
nu diaboli. Et non potest penitere vel ab-  
solvi nisi restituat illi damnum cui iura-  
vit. Sciendum quod gravitas vel magnitudo  
illius peccati scilicet periurij perpendi potest ex  
hoc quod tale peccatum peius est alijs pec-  
catis: quia cum alia peccata fugiunt et  
quasi timent res sacras: peccatum per-  
iurij non timet eas. sed illis appropin-  
quat. Si aliquis vult fornicari: si est  
in ecclesia exit inde. si est in cimiterio  
ab eo recedit. Et si est propinquus eccle-  
siae vel cimiterio elongat se ab eis. Ille  
vero qui vult periurare intrat ecclesiam  
si est extra: accedit ad altare et committit  
peccatum periurij quandoque super alta-  
re: quandoque super evangelium: quandoque  
super corpus quod horrendum est. Mi-  
rum est quomodo terra ipsum non ab-  
sorbeat: et quomodo angeli qui corpus  
christi sunt eum non puniunt. Item ipse  
videtur peior diabolo: quia diabolus  
timet res sacras et quasi reueretur quod  
ille non facit qui periurat. Item talis  
peccatum in se est vult maius malum face-  
re christo quod crucifixores eius. Ipsi enim  
intulerunt christo tantum malum pergens: per-  
iurus eum vult involvere in malum cul-  
pe. quod deterius est. in hoc quod assumit  
deum et omnes sanctos in testimonium suae  
malicie et iniusticie. Quia secundum Theodosium. se-  
cunda se. q. lxxxix. Jurare est deum testem  
inuocare. Et secundum Augustinum. Jurare est deum  
in testem adducere. quod idem est. Se-  
cundo gravitas periurij perpendi potest  
ex austeritate penitentie. quia secundum ca-  
nones. per periurio manifesto et solenni-  
